

ne, ut latè diximus cap. 4. à numero vigesimo secundo nedum à dilacione.
 20 Quinta regula. Quando voto implendo terminus est præfixus, & non in honorem diei, si eo termino non impleatur, siue culpabiliter, siue causa rationabili excusante, teneatur vouens statim implere, nisi causa quoque rationabilis dilacionem excuset. Ratio est, quia cum præfixus obligationis terminus accesserit, jam dum non implet, est in mora temper. Quare non quaeris causa defectus commoditatis excusabit tunc eam dilacionem, sed talis debet esse, qualis fuisset ad excusandam omissionem die illa præfixa. Quia cum vouerit non ultra eam diem differre, est semper in mora differendo, & teneatur jam quacumque die implere, ac si illa obligationis fuerit terminus.

21 Quinta regula. In votis, quæ integrè postea redduntur, ut recitandi toties calculus Virgineus, peregrinandi & elemosynæ erogandæ, nec terminus præfixus est, ubi non est timor impedimenti perpetui, vel valde diuturni, nec urget grauis pauperum necessitas, quibus ille elemosyna subuenietur, solum erit mortalis dilatio, quando est notabilis negligentia post opportunitatem implendi habitam. Ut ait *Sylvius verb. votum 2. q. 3.* Vel melius, utajunt *Angelus*, & *Tabianus* allegati n. 17. quando est notabilis, & valde longa dilatio. Et adhuc latius loquitur *D. Anton. 2. p. tit. 11. c. 1.* S. 1. Tunc enim dicit peccari mortaliter in dilacione aliorum votorum præter religione, quando differuntur habita commoda opportunitate per longa tempora, & ex ipsa nimia dilacione est periculum obliuionis, vel impotentie implendi. Ratio est, quia cum integrè res postea danda sit Deo, solagi sit malitia moræ, nec tempus voto implendo præscriptum sit, non videtur ea mora tam grauis malitiæ, ut censetur mortalis, ubi mora non est, valde notabilis. Quod si obijcias idem procedere, quando quis determinata die vouit jejunium, vel recitare calculos Virgineos. Cum tamen tunc sit mortale ultra eam differre. Ut dicemus numero vigesimo quinto in fine. Sed dico præcepta esse rationem. Quia cum tunc sub voto comprehendatur determinata illa dies, obligetque id votum iustis legibus Ecclesiasticis certam diem præscribentis, erit mortalis transgressio, qualis est, cum simile præceptum Ecclesiasticum transgreditur. Præterea quia totum tempus sub voto comprehenditur omittitur. At ubi tempus est incertum, & idem censendum est obligare habita implendi commoditate, non ita rigide hæc commoditas accipienda est, ut iudicemus esse mortale alia causa urgentiori non premente, nisi quando mora est valde notabilis.

22 Ultima regula est. In votis illis, quibus quis in perpetuum de diuino obsequio emancipat, ut est votum religionis, assumendi ordinis sacri, seruendi in perpetuum Xenodochio, diuicandici est minor mora mortalis, quam in aliis votis. Cujus rationem optimam tradunt *Palud. 4. d. 38. q. 3. artic. 2. num. 14.* *D. Anton. 2. p. tit. 11. cap. 2. S. 1. ad fin. Sylv. verb. votum q. 5. Suarez 3. tom. in 3. p. q. 71. art. 4. disp. 31. sect. 2. folio 446.* Quia cum in his votis totum residuum vitæ tempus Deo dicitur in eius obsequium, differens ea tantam obsequii diuini partem auferat, quanta est temporis mora. Quod in aliis votis temporaneis minime contingit, sed integrè postea redduntur. Quare minus bene *Ang. & Sylv. num. præced.* relati tradidere generaliter regulam istam positam: cum manifesta sit differentia inter utrumque generis voto. Nondicamus in utriusque votis desiderari notabilem negligentiam, sed hæc dixerimus de peccati in his, & in illis votis, ob rationem dictam. Quare in his votis perpetuis centem notabilem negligentiam ad mortale, quando habita opportunitate differuntur dimidio anno. Quia difficultas tanti oneri suspiciendi, & perpetui sacrificii officia, nec minor dilatio censetur tam notabilis.

23 Tandem, si quis promittit se anno vigesimo quinto suæ ætatis ad sacerdotium promouendum, credo non teneri ante illum ordinem inferiores recipere. Quia id non vult: & incipiens tunc initiari potest intra illum ætatis suæ annum ad omnes ordines promoueri, attempto posse Episcopum interstitia temporis tollere. Et si noluerit Episcopum, excusabitur. Ita docet *Nau. l. 3. conf. 11. De voto, conf. 5. in fine, in 1. edit. in 2. autem conf. 19. in fine.* Quamuis enim non loquatur de eo, qui vouit se futurum hac ætate Presbyterum, sed de eo, qui absolutè vouit se Presbyterum futurum: ad supponit ea ætate teneri implere votum: & rationes, quibus id probat, procedunt in eo casu. Quod si dubius omnino fit vouens, an intellexerit de anno illo completo, an solo incepto, crederem intelligendum de completo: ut minus grauetur vouens. Juxta regulam traditam *c. præced. n. 17.*

SUMMARIUM.

An votum faciendi aliquod determinato tempore, nec tunc implendum, obliget eo transacto? Responso quedam sententia? numero 24.
Explicatur sententia Auctoris, n. 25.
An anticipari, vel postponeri tempus in voto, vel penitentia signatum, vel omittens aliam circumstantiam animo non satisfaciendi, censetur satisfecisse? n. 26.
An votum recitandi in aliquo oratorio, vel coram aliqua imagine, quando ibi implere nequit, debet? n. 27. Et ibi quando intuitu illius loci censetur cessatum?

Ex natura rei promissa qualiter intelligatur non assignari tempus eo ipsius temporis deuotione? n. 28.
An in votis peregrinandi censetur tempus ex ipsius deuotione assignari? n. 29.

An idem colligatur ex natura temporis voto adjecti? n. 30.
Quid, si id tempus, ut initium obligationis voti habentis tractum successuum apponatur? n. 31.
Quid, si tempus duplex apponatur: ut si votum sit de ieiunando hoc anno, aduentu, vel vigilia alicuius Sancti, vel festis festis? n. 32.
Quid, si votus ratione alia, speciali ductus desigret tempus? numero 33.
An in votis perpetuis quotidiano, vel certo tempore aliquid faciendi, censetur tempus adiectum intuiui ipsius? n. 34.
Quid in votis quotidiana elemosynæ, aut certis festis eroganda? Responso quedam sententia, n. 35.
Explicatur sententia Auctoris, n. 36.
Quid, si est votum dande elemosynæ illius certo pauperi, aut ratio ne maioris commoditatis vouentis? n. 37.
Quid quando dubium est, an votum sit intuitu temporis? numero 38.
An votum intero anno se ieiunatum, & interrompens, teneatur dandis incipere ieiunium totius anni continuè? n. 39.
An votum ieiunandi aduentu, vel vigilia alicuius Sancti, vel dandis elemosynis, vel orandi intuitu temporis, intelligatur de proximis futuris? n. 40.
An morte extinguantur vota, ita ut profectus, vel sacris initiatus resurgens possit intro maiorem numerum? n. 41.

24 **Q**uestio posterior. An vouens aliquid determinata die faciendum, nec ea implens teneatur ea transacta? Affirmari quidam, ducuntque ex *c. Cum dilecti, cor. sic. Præterea cum mandatur, de dolo, & contumacia*, ubi dicitur iustum solere certa die teneri ea elapsa. Et ex *leg. Celsus, §. 1. ff. de reproc. arbitri*, ubi dicitur iudium dare decem certo tempore duo præcepta habere, alterum dandi, alterum eo tempore, ac proinde transgressorem posterioris teneri ad prius. Ita docent *Aut. cap. penultimus numero quarto de voto, & ibi Abbas n. 2. Arg. verb. votum 3. numero 3. Sylv. verb. votum 2. q. 3. quæst. 7. Tabianus verb. votum 3. quæst. 7. numero 8.* Et limitant hi tres, nisi intentio vouentis fuerit ita præcisè ad illam diem se obligare, ut ea transacta liberaretur.

25 At sic distinguendum est. Dupliciter potest tempus adijci voto implendo. Priori modo, quando est in honorem, & deuotionem temporis illius. Ut si quis deuotione aduentus promittat eo jejunare, vel deuotione alicuius sancti ejus vigilia. Posteriori modo, quando non temporis intuitu, & deuotione, sed adiectum tempus, ut executionis voti terminus, intra quem implendum est, nec ultra differre liceat. Ut si voueat que se intra annum ingressurum religionem. Quando priori modo apponitur tempus, peccatur voto tunc non impleto, at eo transacto extinguitur profectus obligatio. Quando autem posteriori modo, peccatur quocumque tempore non implendo, at manet obligatio voti. Ratio prioris partis est, quia tunc tempus est intrinseca rei per illud votum promissæ circumstantia: atque per modum unius utrumque sub voto includitur. Cum ergo eo transacto sit impossibile rem promissam cum ea circumstantia implere, cessabit voti obligatio. Et confirmatur, quia hæc vota obligant iustis præcepti Ecclesiastici de his rebus. Ut diximus *c. 11. n. 31.* Hoc autem ita obligat illa die constituta, ut ea transacta non amplius obliget. Posteriori autem partem probant rationes *num. præced.* adductæ: tunc enim circumstantia temporis non vouetur per modum unius cum rem promissa: sed virtute sunt duo vota. Et ita docent *Chiet. 2. 2. q. 88. art. 12. dubio ultimo, & sum. verb. votum c. ultim. in fine, ubi Armilla n. 17. Sotus lib. 7. de iustit. quæst. 2. articulo 1. ad 4. Nauarr. summa cap. 12. numero 54. Aragon. 2. 2. quæst. 88. art. 2. dubio ultimo, Angles floribus 2. parte, quæst. unica de voto, art. 2. articulo 12. Petrus de Ledesma secundo tomo summa tractatus 10. cap. 3. verbo penultimus, Manuel 2. tomo summa c. 99. niem. 14. Azor. lib. 11. institutum moral. c. 15. q. 11. & cap. 5. q. 3. ad finem, Vasquez 1. 2. q. 88. artic. 4. disp. 146. c. 2. in fine, Lud. Lopez. 1. parte instructio cap. 4. columna 4. vers. Non implens votum, Valentia 2. 2. disp. 6. quæst. sexta, puncto quarto, columna penultima, vers. Tertium quid estiam. Atque esset culpa lethalis non implere votum tempore præfixo, etiam si non in temporis honorem præfixum sit. Ut bene docent *Nauarr. & Aragon.* proximè allegati: Quando autem sit tunc votum implendum, diximus *num. vigesimo.**

26 Hinc deducitur primò discrimen aliud inter votum certo termino implendum, quando tempus est adiectum intuitu temporis, & quando non, sed ut terminus obligationis. Nam in priori modo non satisfactio voto anticipando id tempus: nisi heret animo commutandi, & esset æquale manifestè Dei obsequium. Nec postponendo satisfactio aliquo modo. Quia jam penitus obligatio illa voti extinguitur. At quando posteriori modo, satisfactio voto id anticipando. Quia sensus ejus promissionis est, non differam ultra tale tempus. Et quamuis semel peccatum sit contra votum, non implendo illud eo tempore præfixo, quia tamen adhuc eadem voti obligatio manet, satisfactio huic obligationi manenti, implendo postea illud. Ex quo fit satisfactio ei obligationi anticipando illius voti executionem

etiam

etiam dum animo non satisfaciendi. Nam votum illud toto eo tempore præcedenti obligat, non quidem præcisè, sed ut eo vel sequenti usque ad terminum impleatur: sicut si quis promittit vagè una die hujus hebdomadæ se jejunaturum. At ut voto obligati satisfactio, sufficit opus externum implere, quamvis cum animo non satisfaciendi. Ut probauimus *lib. 1. c. 13. n. 13.* Et à fortiori satisfactio ei voto, quod ad obligationem romanentem, quando tempore præfixo non impletum est, quodcumque id opus factum fuerit etiam abique satisfaciendi animo. Quia tunc obligat id votum transactio eo termino. Atque idem est de penitentia iniuncta à confessore cum termini præfixione, satisfactio enim illi anticipando, utpotè que juxta Doctores communitur non censetur imposita intuitu temporis, ut illi alligata: nisi confessor ob deuotionem specialem alicuius temporis illud destinasset: tunc enim non potest anticipari: satisfactio, inquam, etiam si adesse intentio non satisfaciendi: similiter non impleta tempore debito, satisfactio obligationis remanenti implendo postea abique animo satisfaciendi, sed cum intentione non satisfaciendi. Quia eo *c. 13. num. 18.* probauimus idem esse in penitentia, & non voto quod ad hoc. Si tamen aliqua circumstantia omittitur voto conjuncta, ac penitentia, non satisfactio. Quia id non fuit opus promissum, vel in penitentiam iniunctam. Et sic non est illi satisfactum. Ut si fuerat recitandi genibus flexis, & recitauit sedendo vouens, vel penitens.

27 Secundo deducitur, vouentem recitare coram aliqua speciali imagine, vel in aliquo speciali oratorio, ex peculiari illius imaginis, vel oratorii deuotione, si coram illa, vel in eo loco nequeat, liberum esse à voto: scus esset, si non ex peculiari illius affectu, sed materie promissæ. Quia eadem prorsus est ratio, ac de promissione facta deuotionem temporis assignari. Hoc autem posteriori modo votum emitti contingit, quando locus ille eligitur ratione solius maioris commoditatis ad recitandum, & ut quietius, ac deuotius recitetur. Ut contingit habitibus oratorium domi, vouentibus fore, ut quotidie illic constant ad recitandum. Non enim speciali oratorii deuotione quali illi alligatis sunt votum, ad id promittunt, sed quod ille locus commodior sit ad recitandum.

28 Signa autem, ex quibus discerni potest, an votum sit ex rei promissæ deuotione, & affectu, locus autem, & tempus designata sint ratione maioris commoditatis, seu adterminanda obligationem, & proinde transacto eotempore, vel si in eo loco impleri nequeat, adhuc obliget: vel potius obligatio fit alligata loco illi, & tempori, sunt hæc. Primum desinitur ex ipsius rei promissæ natura, quæ talis est, ut non ea temporis deuotione, sed ipsius rei promissæ voueri solet. Et tempore præfixi solet, ne diutius protrahatur. Ut quando quis promittit religionis ingressum intra annum. Atque ita *Sotus, & Aragon. n. 25.* allegati, hoc exemplum adhibere voti, quo tempus præfixum solum, ut terminus obligationis.

29 Similiter est dicendum de votis peregrinationis, tempus enim solet apponi gratia terminandi obligationis, nisi circumstantia aliqua specialis deuotionis temporis concurreret, siquidem animo promittit ex temporis deuotione. Ut si in loco Jubilei voueat peregrinatio Romana gratia illius obtinendi: vel sit tempus, quo solet aliquo consui causa inuidentæ alicuius imaginis tunc populo olendi solite, vel ejus festum illi solemniter celebratur. Quippe in his casibus tempus est adiectum deuotione ipsius, ac proinde eo transacto votum non obligat.

30 Secundum signum fumiatur ex ipsius temporis designati natura. Si enim tale sit, ut nulla sit specialis ratio deuotionis illius ad communiter, aut in vouente, non censetur adiectum gratia deuotionis ipsius. Secus autem si tempus esset specialis deuotionis, aut communiter, aut saltem ipsi vouenti. Ut contingit in Quadragesima, Adventu, vigilia alicuius Sancti, in die veneris: aut si quis specialis diei iouis deuotione teneatur in memoria sanctissimi Sacramenti ea die instituti, vel alicuius alterius diei, eò quod in eam incidit festum alicuius Sancti, vel aliquod beneficium à Deo ea die receperit. Nam in his casibus votum alligari temporis est illius deuotione censetur. Quare optime *Calistrus, 2. 2. quæst. 89. artic. 12. dub. ultimum*, ait vota ieiunandi vigilia alicuius Sancti, vel diei, quæ incidit Annuntiationi Virginis vel aliud festum, emitti communiter ex temporis deuotione.

31 Duo tamen maxime obseruanda sunt circa hæc præfationem temporis, in quo est specialis deuotio. Prius est, id tempus apponi aliquando, ut initium obligationis habentis tractum successuum, & tunc eo tempore transactio cessabit obligatio voti, quatenus eo tempore præterito implenda erat: at obligabit per tempus, quod superest, si obligatio illa diuida sit: si autem sit indiuida, obligabit integre. Exemplum fit obligationis diuiduæ. Promittit quis a die Annuntiationis fallurum se peccata decimo quoque die, vel quid simile: signavit autem eam diem, ut initium obligationis sit diei deuotione, omisit postea aliquo tempore, non tenetur confessiones illas omittas supplere tamquam temporis alligatas, tenebitur autem ad temporis futuri confessiones faciendas die, qua promittit. Exemplum obligationis indiuiduæ. Promittit quis se ingressurum religionem, vel peregrinaturum Romam die B. Virginis, ex affectu,

& deuotione illius diei, non ingressus est nec cepit, teneatur alia die ingredi, & incipere peregrinationem. Quod ipsa rei natura tractum successuum habentis indicant huiusmodi vota sic accipienda.

32 Posteriori obseruandum est, posse duplex tempus sub voto includi. Alterum erga quod est specialis deuotio: alterum verbè erga quod nulla est. Et idem manifestum est obligationem prioris temporis ad aliud non transferri: at de posteriori potest esse dubium. V. g. promittit quis se jejunaturum Adventu hujus anni, vel feriis festis hujus mensis, vel proximè futura alicuius Sancti vigilia: conflat id ieiunium non transferri ultra tempus Adventus, vel feriis festis, vel vigiliam. Quia erga ea tempora fuit specialis deuotio. At dubitari potest, an teneatur jejunare alio Adventu, aut feriis festis alterius mensis, vel vigilia alterius anni eiusdem Sancti, quando id votum eo tempore non impletur. Quia potuit nulla deuotio specialis esse respectu eius anni, aut mensis in voto præfixorum. Et potest aliqui sibi persuadere, omino votum alligari utrique temporis. Quia si Pontifex præciperet jejunare feriis festis hujus mensis, id ieiunium omittum non transferretur ad ferias festas mensis sequentis. Ergo idem dicendum est de simili voto, utpote quod obligat iustis præcepti Ecclesiæ. Ut diximus *c. 11. num. 31.* At non existimo hanc regulam esse certam. Quia præsumitur Pontificem habuisse suum præceptum. At hoc non semper contingit in vouente. Quare fit iudicandum non constante alia vouentis intentione in his votis jeiunandi diuigilia proximè futura, vel Adventu, aut Quadragesima hujus anni, intelligerem enim votum utrique temporis alligari, & ita non impletum eo tempore extingui. Quia sic communiter solent hæc vota accipi. At in eo sextarium hujus mensis feriarum ieiunium videtur contrarium dicendum. Quia ex communi vouendi modo sola ratio assignandi corporis in memoria Passionis Dominice sextis illis feriis habetur, nec solet haberi specialis ratio illius mensis, non concurrente alia speciali circumstantia. Sicut si quis promitteret se quadam feria sexta hujus mensis jejunaturum in memoria Passionis Dominice, nec jejunaret, videtur teneri alio mensis. Quia nulla hujus mensis videtur habitabit. At existimo non teneri alius feriis sextis jejunare. Quin semper præcepta de similibus ieiuniis intelliguntur omnino alligari temporis illi, & dici ieiunare: & ita videtur in dubio intelligenda vota. Et principale id tempus, quod est feria sexta, cuius deuotionis intuitu vouetur, trahit ad se accessorium illud, ut sit hujus mensis, quem vouens determinauit.

33 Tertium signum sit. Quando votum est perpetuum, siue pro singulis diebus, siue pro singulis hebdomadis, aut alio cuiuslibet anni tempore, censetur ita illi temporis alligatum, ut eo transacto cesset illius obligatio. Ut si quis in perpetuum voueat se quotidie singulis hebdomadis, vel ter in mensis jejunaturum, aut recitaturum, censetur in dubio id votum temporis alligari. Quia videtur vouentium mens velle se in eo opere bono exercere eo tempore, quotannis, aut singulis mensibus, aut hebdomadis, aut diebus: & ita videtur specialem temporis rationem habere, ut assidue in illo bono opere versentur. Sicut quando Ecclesiæ præcipit clericis recitare quotidie officium diuinum. Atque ita necessario fateatur Auctores, quos retuli *l. 1. c. 4. n. 10.* qui votum recitandi quotidie aliquod exiguum omittit semper, censetur non esse mortale. Nam si omittit unius diei obligatio transferretur in alteram, coalescerent materie exiguæ, & quando esset magna, constitueretur mortale.

34 Ultimum signum sit. Quando votum est perpetuum, siue pro singulis diebus, siue pro singulis hebdomadis, aut alio cuiuslibet anni tempore, censetur ita illi temporis alligatum, ut eo transacto cesset illius obligatio. Ut si quis in perpetuum voueat se quotidie singulis hebdomadis, vel ter in mensis jejunaturum, aut recitaturum, censetur in dubio id votum temporis alligari. Quia videtur vouentium mens velle se in eo opere bono exercere eo tempore, quotannis, aut singulis mensibus, aut hebdomadis, aut diebus: & ita videtur specialem temporis rationem habere, ut assidue in illo bono opere versentur. Sicut quando Ecclesiæ præcipit clericis recitare quotidie officium diuinum. Atque ita necessario fateatur Auctores, quos retuli *l. 1. c. 4. n. 10.* qui votum recitandi quotidie aliquod exiguum omittit semper, censetur non esse mortale. Nam si omittit unius diei obligatio transferretur in alteram, coalescerent materie exiguæ, & quando esset magna, constitueretur mortale.

35 Sed an idem sit in voto elemosynæ, singulis diebus in perpetuum erogandæ, vel tempore specialis deuotionis, ut dandi pauperibus die Beatæ Virginis, aut omnibus Adventus diebus? Nam Doctores quos retuli *l. 1. c. 4. n. 10.* constituent discrimen inter votum recitandi quotidie quid exiguum, et dandæ quotiè modice elemosynæ, ut illius continata transgressio non sit mortalis, huius autem sit. Et ita censent votum erogandæ quotidie elemosynæ non alligari diei, sed elemosynam una die omittam esse erogandam altera. Et in propriis terminis docent *Sotus l. 7. de iustit. c. 2. art. 1. col. 4. vers. Concluseo ergo, Aragon. 2. 2. q. 88. artic. 3. dubio 1. in solutione argumenti post 3. conclus. Emmanuel Szjema, verbo votum, in principio num. 34. Azor. lib. 4. institut. moral. c. 9. q. 12. in fine.*

36 At eo cap. 4. numero 11. defendimus nullum esse discrimen inter hæc vota, sed utrumque posse alligari, aut non alligari diei. Et idem censo eisdem signis vota hæc diuidenda, ut vota personalia recitandi, & jeiunandi, nec obligare transacto tempore, cuius intuitu emissa sunt, secus quando non intuitu temporis. Quare quatuor signa hæc tradita, indistinctè in omnibus eis votis procedunt. Quia æque utraque quandoque emittuntur ex temporis deuotione, ad excedendum opus plium in ejus temporis honorem: & quandoque non temporis intuitu.

37. Quod tamen limitarem, elemosyna illa promissa est fieri dandi quotidie determinato cuidam pauperi; aut certo quoque tempore: tunc enim crederem non censerii promitti intuitu temporis. Quia cum in illo tempore non veniat specialis ratio devotionis, praterquam ea continentate exerceri in eo bono opere, quae ratio invenitur danda cultibus: eo ipso quod pauper signatur, videtur specialior ratio subveniendi ei pauperi habita, quam temporis: ac proinde votum non alligatur tempori. At quando in tempore illo esset specialis devotio, videtur primario habita specialis ratio devotionis temporis, & solum designari pauper ille habita secundario ratione subveniendi eius indigentiae. Et subinde ita alligatur tempori votum, ut eo transacto non obliget. Concipitur tamen aliquando, sive elemosyna sit danda certo pauperi, sive quibuscumque pauperibus, sive sit quotidiana, sive certis devotionis rebus eroganda, cum non alligatur tempori. Quod evenit, quando tempus non tam ipsius intuitu, quam ratione maioris commoditatis erogatur elemosynam: destinatum. Verbi gratia quis volens elemosynam largiri apprehendit non posse commodè se magnam quantitatem erogare, vel egerit id fieri, vel apprehendit id non ita expediens, & commodum illi esse, eo quod elemosynas quotidianas abique nota denegare inquit, & ideo ut commodius erogat, votum elemosynam minutatim faciendam, sive singulis diebus, sive mensibus, sive singulis diebus Adventus, aut Beata Virginis. Tunc enim cum sit alia ratio, quia ductus est votens ad se promittendum non est censendus, illa specialem temporis rationem habuisse, ut ita alligari illi suum votum, ut sit onus diei. Juxta dicta n. 33.

38. Quando autem omnibus circumstantiis attentis dubium omnino est, an tempus sit praehum eius devotione, an potius, ut solus exequenda obligationis terminus, exilium tam in votis realibus, quam personalibus, censerii hoc posteriori modo adjectum: & ita obligatio votum eo tempore transactio. Quod bene docet *Abul.* lib. 11. institut. moral. c. 15. q. 21. in fine. Sed non ducor eius ratione, quae est eo quod hoc pars sit futuri. Non enim teneretur quis semper paratum tunc amplius. Sed ratio est, eo quod obligatio voti sit certa, & sic est in possessione: cum autem transactio tempore cessare est excludendi votentis, ut voto solutus maneat. Ergo ipsius est offendi, ut voti obligatione liberetur: & dum id non offendit, sed anceps est, stabit praesumptio pro permanente voti valore. Non enim praesumitur factum, quale est, votum esse praesens ei temporali. Quod in simili probavi hoc lib. 4. cap. 2. in fine, ubi etiam dixi existentibus utrimque rationibus probabilibus generantibus opinionem, integrum esse cultibus, utrius etiam minus probabilis adhaerere.

39. Denum triplex brevissima superest difficultas circa votum tempus. Prima est, an qui venit in integro anno jejunatum, non devotionis tempore, & inceptum illo anno jejunium interpolavit, teneatur denno incipere, donec anno integro continuo jejunet? Breviter dico non teneri, sed fastidiamer jejunio diebus deficientibus ad integri illius anni jejunium: nisi expresse jejunium illud abique interpolatione implendum voverit. Quia verè dicitur integro anno jejunare, qui tot diebus, quot annus continet, jejunat, et non continet jejunet. Et ita docet *Anton.* 2. par. tit. 11. c. 1. §. 2. *verò.* Secunda est reddendum.

40. Secunda difficultas est. Quando promissio sit ad tempus certum, & sunt multa ejusmodi tempora, nec exprimit votens quod, nec ejus intentio sciri potest, sed est dubia, de quo intelligatur? Respondeo intelligi de proximo futuro. Ut si quis promissio Adventu jejunare, vel vigiliae sancti, intelligitur de proxime futuris. Ita in promissione humana decernitur. *I. eum qui Kalendis, in princip. ff. de verbo obligat. c. l. vicia 15. tit. 11. par. 5.* Quare si votum fuit intuitu temporis, non obligabit eo proximo tempore transacto.

41. Ultima difficultas est. An obligatio votorum extinguitur morte, ita ut votens ad vitam restitutus liber ab eis prorsus maneat? *Johannes Andreas*, & alij alij e. *Fraternitatis, de frigidis, & malis.* negant morte extingui vota. Sed melius extingui affirmant *Abul.* lib. 11. *Angelus verbo.* *Mors n. 3. Sylv. verbo Resuscitatus n. unico.* Qui duo cum reddunt rationem, quod profertur voverit se toto vitæ tempore servaturum vota. Unde dicunt scds esse, si ab solute voverit. Sed merito hanc limitationem rejicit, *Navar.* l. 1. *de resist. c. 2. in nota ead. n. 4. §. 5.* Sed ratio est, quia omnia haec vincula, licet post professus ille ad vitam revocatus obligant. Quare post professum non solum revocatus matrimonio inire, etiam si sacerdos esset. Quia est character peremeret, ille non oblat matrimonio incendo; sed votum quod morte extinguitur est. Sicur dicimus de ordinato ante rationis usum, vel metu cadente in virum constantem. Quamvis possemus dicere, idque verius est, hunc sacerdotem non posse valide matrimonio inire, non ratione voti, quod iam extinguitur est: sed quia cum verus sacerdos relinquit, idque sacerdotium in perpetuum duraturum sponte suscepit, teneatur ad leges ecclesiasticas sacerdotum, quarum una est, ut sponte sua ostinatus nequeat validum matrimonio copulari. Sicut qui tempore ordinis sacri accepti expressam habere intentionem non emittendi voti castitatis, maneret inhabilis matrimonio incendo, non ra-

tione voti, sed ratione praecipit ecclesiastici. Ut latius probavimus lib. 7. de matrim. disp. 27. num. 12. At si professus ille nullo esset sacro ordine initiatus, posset ad validas liciteque nuptias transire. Quia sola vota obstant, à quibus liber prorsus est. Utrum autem hic, si esset summus Pontifex, relinqueretur esset ad Pontificatum, vel ad suorum bonorum possessionem, consulendus est *Navarra toto cap. 2. ubi late de hoc agit.*

CAPUT XV.

Qualiter obligatio voti sit ita personalis, ut nemo possit, nec teneatur votum suum alium obligare? nec possit voto alium obligare? Et qualiter haec obligatio ad haeredes transeat?

SUMMARIUM.

Quot quæstiones disputanda sint? numero 1.
Votum aliud personale, aliud reale, aliud mixtum, num. 2.
An votens consensu parati impedimenti censerii promittere votum suum per alium implendum? num. 3.
Quid de voto mixto, quo ad eam partem, qua personale est? numero 4.
Quid de voto reali, & quid de mixto, quatenus est reale? numero 5.
An possit haec omnia vota impleri per alium? num. 6.
Quid, si ea infirmitate, aut invito votente implentur per alium, nomine ipsius votentis: est postea censerii notitiam ratum habere, possit mutare voluntatem? n. 7.
An votens votens aliter negotium votum reale exequi, potest pecunias, aut manum labore, alium officio acquirere, aut sponte oblatas legatos, vel donationes acceptare? numero 8.
An vota recitanda, vel aliter poenitentiae assumentia, ad obtinendum aliquid à Deo, vel pro animabus purgatorij, aut pro alia necessitate sint personalia, nec possit per alium impleri? numero 9. Et ibi quid in dubio, an votum sit reale, an personale?
Quid de voto factum sacra à sacerdote emissio? num. 10.
An ei voto satisfaciatur, vel voto laici missas promittenti, si sacerdos stipendio aliunde accepto ea sacra faciat? n. 11.
Qualiter obliget votum Episcoporum visendi quædam limina sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli? num. 12.
An votum eundem in subsidium Terra sancta cum aliquibus sociis, obliget non potente principali adire, ad mittendos socios? num. 13.
Post num. 13. invenies summaria alia.

1. Triplex questio disputanda petitur. Prima est, de potestate, & necessitate voti per alium implendi. Secunda, de potestate obligandi suo voto alium. Tertia, de obligatione haeredis ad vota defuncti exequenda.

2. Questio prima. An potest se ipsum implere vota, integram sit implere per alium, & si per seipsum nequeat, teneatur per alium? Praemitendum est, triplicis generis esse vota. Quaedam sunt merè realia, nempe, cum res Deo promittitur, & sunt ad personam pertinens. Ut sunt vota eroganda elemosynæ. Quaedam merè personalia, nempe, cum Deo opus aliquod, & officium personæ promittitur. Ut cum quis vovet orare, jejunare, castitatem servare. Quaedam mixta, quae partim personalia, partim realia dicuntur: quando quis rem, & personæ officium pollicetur. Ut si quis spondeat se peregrinaturum, peregrinando enim, & expensas est facturus. Rursus hoc mixtum votum aliquando principaliter solum personale continet, & reale tamquam accessorium. Ut in exemplo posito contingit. Quandoque autem continet utrumque aequè principaliter: ut cum quis vovet Compollanam peregrinationem, & elemosynam illi ecclesiae erogandam.

3. Prima conclusio. Nequeus per se ipsum vota merè personalia implere, non teneatur per alium. Quod res promissa sit sola personalis votentis actio, ob propriam corporis macerentem, & ob propriam devotionem excitandam. Ergo dum nequit per propriam personam exerceri, redditur res promissa impossibilis. Hæc conclusio ab omnibus admittitur, quando nulla intervenit culpa votentis in mora implendi voti, ob quam nequit in posterum implere, vel si tempore voti materia erat sibi impossibilis ob impedimentum, idque ignoravit. Quando autem id impedimentum novit, aut fuit in culpa: diximus cap. 2. numer. 25. & triplici sequenti. Ex quo fit vota hæc nullatenus posse impleri per alium: cum sint de actionibus propriæ personæ.

4. Secunda conclusio. Idem prorsus dicendum est de voto mixto, quo ad eam partem, qua personale est: ut, si quis promittat peregrinationem in D. Jacobum, & daturum ejus templo calicem, & nequeat peregrinari, non teneatur alium loco sui peregrinaturum substituire; Quia quo ad eam partem est personale. Et ita fateatur universi.

5. Tertia conclusio. Si votum sit reale, nequeus per se ipsum implere, teneatur per alium. Quia hujus-

modi votum non respicit personalem aliquam votentis actionem, sed praecipue rem exteriorem aliqua ratione à votentem, tanquam ab ejus causa profectam. Et ideo procurans datur ab alio nomine ipsius promittentis, praeflat totam rem promissam. Et ita docent *Innoc.* c. *Licet* num. unico, de voto: *& ibi Hostiens.* num. 4. *Johannes Andr.* num. 15. *Anton.* nu. 15. *Abul.* num. 12. *Cardus.* 4. q. 1. *Anchar.* num. 10. *Henricus nu.* 6. *Abulens.* c. 39. Num. 9. 97. *Angelus verbo* *Votum* 3. num. 7. *Sylv.* verbo *Votum* 2. q. 10. *Tablena verbo* *Votum* 3. q. 1. n. 2. *in fine.* *Sotus* lib. 7. de just. q. 2. artic. 1. ad ultimum. *Nav.* summa c. 12. n. 55. *Azor.* lib. 11. instit. moral. c. 45. q. 16. *Manuel.* 2. t. *summa* c. 99. nu. 10. Atque idem dicendum est de voto mixto ea parte, qua reale est. Quia eadem prorsus est ratio. Et ita docet *Abul.* lib.

6. Hinc deducitur, quomvis votum reale; vel mixtum qua parte reale est, possit per propriam personam impleri, possit votentem id per alium implere. Quod nil refert pecuniam, vel aliam rem promissam esse ipsius votentis, vel alterius, dummodo votentis nomine datur ad opus pium promissum. Sic *Abulensis* ea q. 97. ubi explicat tunc votentis nomine dari, quando datur causa implendi voti, quo ille ligatus erat.

7. Quare satisfaceret voto, si elemosynam illam erogata suo nomine ab alio, gratia ejus voto exequendi ratam haberet, quomvis eo infirmitate exegata sit. Quia rati habito retrotrahitur, & mandato comparatur. *Regula Rati habitionem,* de reg. juris, in 6. & favet *Abulens.* ea q. 97. dum explicat votentis nomine dari, quando datur ad eas votum implendum. Et quomvis à principio votens consensu illius elemosynæ erogata suo nomine, nollet eam ratam habere, quo ejus voto satisfact, sed adhuc habeat animum illius voti implendi, possit mutata voluntate priorem illum elemosynam ratam habere, & voti obligatione liberatur. Ratio est, quia tota res promissa erat votentis nomine impleta: sola autem rati habito illi decrat: nec eo quod à principio illa denegata sit, aliquid de rei promissio substantia detractum est. Ergo quocumque tempore accedat rati habita, impletum erit votum. Et confirmatur, quia ut voto satisfact, non exigitur intentio satisfaciendi; sed satis est ipsa externa operis promissio executum. Ut probavimus lib. 1. c. 13. num. 10. Nec ille iterum exequendi voti animum sua nova promissione accedente obligationem alium inducit. Secus tamen esset, si invito votente ea elemosyna erogaretur, non enim impleteret votens, et ipso ratam haberet. Quia pro actu omnino coactum non satisfact voto. Ut probavi eodem c. 13. n. 5. Et cum actu illi satisfaciendi voto incapax, eo quod invitus ex parte votentis sit, jam tranferit, nequit denuo ratum haberi, ut illo votum implatur.

8. Non tamen teneretur votens carens pecuniis ad votum reale exequendum, vel ab amicis petere, vel ministerio alicui vacare, quod suum statum detestatur, ut votum impleretur. Quia nulla ratione videtur debetum esse mera liberalitate contrarium. Cum nec ad debita ex iustitia solvenda teneatur hoc medio uti. At teneretur manibus operari ad votum implendum, si suo artificio vivere solitus erat. Quia ad id se obligare videtur, ut potes quo suo statum, modoque vivendi conforme est. Si tamen aliquid sibi donaretur, aut legaretur, idque lucrifera, & utile sibi esset, nullamque justam repudiandi rationem haberet, credo enim teneri in foro conscientiae acceptare, ut voto resolvendo sit. Ut loquens de iustitia debitis probavi lastimè lib. 6. de matrimo. disputat. 4. numero 9. Rationes enim ibi traditæ militat in hoc casu.

9. Ex his deducitur primo, quid dicendum sit de voto recitandi, jejunandi, aut alterius poenitentiae assumentis pro animabus purgatorij, vel existentibus in lethali, vel quocumque alio necessitatum patiente, vel ea intentione, ut alius ad bonum aliquid inducatur. Si enim ea votentis intentio sit, ut ea opera Deo afferantur, ut illi necessitati propicietur, sunt vota realia, ac proinde teneatur implere, sive per se, sive per alium: potest enim alterum eligere. Quia tunc obsequium nullum proprie personæ censerii promissum, sed formale promississatis: materiale autem illud obsequium illius realitatis aequè deserviat obsequium proprium. Cum ergo sit subsidium aequè deserviat obsequium proprium, vel alterius, censerii utrovic modo promissum. Quod si votentis intentio esset, id obsequium personale Deo offerre, ut ei necessitati conlugeretur, non posse per alium implere. Et in hoc posteriori sensu accipienda est hæc promissio, dum non constat alia votentis intentio. Quia cum obsequium illud fit suapte natura personale, tale judicandum est, dum contrarium non constat. Si autem his effectus proprie necessitati consulere, tunc semper judicatur votum personale. Quia sic melius proprie necessitati subvenitur. Et eodem modo judicandum est de aliis votis in dubio, an sint realia, vel personalia, in dubio enim praesumendum est, quod naturæ eorum magis accedit.

10. Secundo deducitur, quid dicendum sit de sacerdote promittente aliquo sacra. Simili enim modo distinguendum est. Si enim mens ejus fuit ea facra offerre Deo pro aliqua re obtinenda, ut illi necessitati consulere, votum est reale, & satisfact illi faciendo sacra per alium. Si autem mens fuit id obsequium personale offerre Deo, non satisfaceret faciendo per alium. In dubio autem hujus inten-

Summa Th. Sanchez, Pars II.

tionis, sic distinguere. Si finis votentis fuit alienæ necessitati consulere, crederem votum esse reale. Quia sacra facere non est suapte natura obsequium personale, sed magis accedit reali. Si autem votum emisisset, ut propriae necessitati consulat, vel in alicujus sancti honorem, crederem esse votum personale: & proinde non posse impleri per alium. Quia ex conditione promittentis, qui sacerdos est, censerii id obsequium personale Deo promissum. At quando nec ex fine, nec aliunde potest dici, an sit votum personale, crederem potius reale ob rationem dicitam. Quia major difficultas est, an sacerdos ille satisfaciatur ei voto totidem sacra faciens stipendio aliunde accepto. Atque eadem difficultas est, si laicus ea sacra promitteret, an satisfaceret, si pereret à sacerdotibus, ut ea faceret stipendio aliunde accepto. Et exilium in neutro casu satisfacti ei voto. Ductor, quod voto non satisfact offerre aliunde debito. Ut probavimus lib. 1. c. 14. n. 7. Cum ergo ea sacra sint ex stipendio accepto debita, non satisfact illius voto. Secundo quia si pro aliqua necessitate sit utrumque sacrum, nempe, promissum, & ex stipendio debitum, v. g. pro animabus purgatorij, sit illis injuria, & divino obsequio. Cum duplici titulo sacrum debeat, & proinde duo sacra: cum tamen unicum fiat. Si vero solum in sancti alicujus honorem, ac proinde integro votenti erat applicare satisfaciendum, & imprecationem cuiuscumque, nec teneretur gratis hæc illi applicare: quomvis danti stipendium nulla inferatur injuria, & sic stipendium non est ipsi restituendum, nec aliud sacrum pro eo faciendum: ac cultui divino videtur irrogari, & sic est aliud sacrum faciendum, ut ei voto satisfact. Quia ex quovis illorum titulo liberum sit satisfaciendum rofari in honorem Virginis promissio cultibus applicare, at illo non satisfacerem poenitentia mihi injuncta: eo quod sit alio titulo debitum.

12. Tandem duo observanda sunt. Prus est, aliquod votum videri personale, quod tamen instar realis obligat, & potest impleri per alium. Hujusmodi est votum in consecratione sua ab episcopis emissum visitandi quotannis limina Romana Apostolorum Petri, & Pauli. Nam sylus habet, & explicat id votum, ut visitent per se ipsos, vel per alium: & ita solent committere alicui Romæ existentibus, ut nomine suo visitent. Quia aliter intellendum esset impossibile episcopis longe distantibus, & iniquum, utpote quod residentiam jure divino ab ipsis debita impeditur. Quod constat dictis c. 2. num. 26. ubi probavimus votum personale emissum à sciente se perpetuum impedimentum habere, censerii emissum, ut substituit alium nomine ejus impleratur. Quare cum ex statuto ecclesie id votum censerii emittatur ab omnibus Episcopis in sua consecratione, ecclesieque notit raras esse per se ipsos exequere potentes, censerii id intelligi, ut per se, vel per alios implent. Quare etiam existentes Romæ satisfacerent implendo per alium.

13. Posterior est, è contra aliquod votum videri reale, quod tamen personale est, & non obligat ad implendum per alium. V. g. promissio quis se iterum in subsidium terræ sanctæ, secumque delatum quinque pugnatorum, ordinans immediatius milites illos, ut ipsum comitentur, & ut juxta sui status decantiam adeat: si ipse nequeat adire, solum unum teneatur mittere, nec ampliores expensas facere, quam indiget ille loco sui missus. Ut dicimus num. 29. Quia delatio illorum quinque, & expensas ab ipso faciente, erant accessoria suo itinere, ac proinde conjuncta personæ. Ergo cessant excusata persona ratione impotentis, & solum id, quod omnino reale erat, obligabit, ut per alium impleretur: quod est illud belli subsidium, quod votens sua persona impentur us erat. At si intentio principalis erat subsidium quoque illorum militum, tenebatur quoque illos mittere. Utra autem harum intentio fuerit, ex votentis statu adjudicari poterit. Et quando omnibus circumstantiis perpenis res esset dubia, indicarem id votum esse omnino reale, & obligare ad omnes illos mittendos. Quod ipsi, voti naturæ, & verbi canforminus sit.

SUMMARIUM.

Propria voti obligatio est personalis: solum votentem ligans, numero 14.
An possit per procuratorem emitti, & obliget votentem? n. 15.
Qualiter succedens teneatur votis à populo emissis? Responderetur variis sententiis, n. 16. 17. & 18.
Explicatur sententia Auctoris. Et an desideretur Episcopi consensus? n. 19.
An pro quibuscumque rebus levibus possint hac vota emitti? numero 20.
An obligent religiosi? n. 21.
Qualiter sint teneantur vota parentum nomine ipsorum filiorum emissis impleri? n. 22.
Quid, si presentibus filiis, & tacentibus emittant parentes, aut alij, aut ipse absentibus, ratiuncie usu carentibus, & postea apprehendant? n. 23.
Quid in dubio hujus consensus, vel ratiuncionis? n. 24.
Post num. 24. invenies reliqua summaria, qua desiderantur.